

EN SUFRAGIO DE LAS ALMAS

DEL PURGATORIO

ANTIPH.—Si iniquitates.

De profundis clamavi ad te Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, * et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Dómino.

A custodia matutina usque ad noctem * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericordia: * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam dona eis Dómine, et lux perpétua luceat eis.

ANTIPH.—Si iniquitates observáveris, Dómine; Dómine, quis sustinebit?

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster.

Ÿ. Et te nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. A porta inferi.

℞. Erue, Dómine, animas eorum.

Ÿ. Requiescant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

OREMUS.

Deus, veniæ largitor, et humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam; ut nostræ Congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consórtium pervenire concédas.

Fidelium Deus omnium Cónditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

℞. Amen.

Magnificat * ánima mea Dóminum.

Et exultávit spiritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus à progénie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in brachio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes imp'éravit boas; * et divites dimisit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Gloria Patri, et Filio...

ꝫ. Ora pro nobis, sancta Dei génitrix.

Ꝩ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

OREMUS.

Concede nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate

gaudére: et gloriosa beátæ Mariæ semper Virginis intercessióne, à præsentí liberári tristitia, et æténa pérfrui lætítia. Per Christum Dóminum nostrum. Ꝩ. Amen.

Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmata est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in æternum.

Gloria Patri...

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui, Jerúsalem.

~~~~~  
**T**e Deum laudámus: te Dóminum confitémur.  
Te ætérnum Patrem omnis terra veneratur.  
Tibi omnes Angeli: tibi cæli, et univérsæ potestates.

Tibi Chérubim, et Séraphim, incessábili voce proclámant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra majestátis gloriæ tuæ.

Te gloriósus Apostolorum chorus:

Te Prophetárum laudábilis número:

Te Mártýrum candidátus laudat exércitus.

Te per orbem terrárum sancta confitétur Ecclésia.

Patrem imménsæ majestátis:

Venerándum tuum verum, et únicum Filium:

Sanctum quoque Paráclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, Christe.

Tu Patris sempitérnus es Filius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem, non horruisti Virginis úterum.

Tu, devicto mortis acúleo, aperuisti credéntibus regna cælórum.

Tu ad dóxteram Dei sedes in glória Patris.

Judex créderis esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis súbveni, quos pretiósó sânguine redemísti.

Ætérna fac cum sanctis tuis in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et benedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudámus nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Dignáre, Dómine, die isto, sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, miserere nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos: quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum.

✠. Benedicámus Patrem et Filium cum Sáncito Spiritu.

℟. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Benedictus es Dómine, in firmamento cœli.

℟. Et laudabilis et gloriosus et superexaltatus, in sæcula.

℣. Benedic, anima mea, Dómino.

℟. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus, cujus misericórdiæ non est número, et bonitátis infinitus est thesáurus: piissimæ majestáti tuæ pro collátis dónis grátias ágimus, tuam sémper cleméntiam exorántes, ut qui pe-téntibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad præmia futura dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

HIMNO AL ESPIRITU SANTO

Veni, Créator Spiritus,  
Mentes tuórum visita,  
Imple supérna grátia,

Quæ tu creasti, pectora.

Qui diceris Paráclitus,  
Altíssimi donum Dei,  
Fons vivus, ignis cháritas,  
Et spiritalis unctio.

Tu septifórmis múnere,  
Digitus patérnæ dexteræ,  
Tu rite promissum Patris,  
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
Infúnde amórem córdibus,  
Infirma nostri córporis  
Virtúte firmans pépeti.

Hostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus:  
Ductóre sic te prævio  
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Filium;  
Teque utriúsque Spiritum  
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito  
In sæculorum sæcula.

*En el tiempo Pascual se dice así:*

Deo Patri sit glória,  
Et Filio, qui à mórtuis

Surréxit, ac Paráclito,  
In sæculórum sæcula. Amen.

- Ÿ. Emitte Spiritum tuum, et creabúntur.  
R̄. Et renovábis faciém terræ.

OREMUS.

Deus, qui córdá fidélium Sáncti Spiritus  
illustratióne docuisti: da nobis in eódem Spí-  
ritu récta sápere, et de ejus sémper consola-  
tióne gaudére. Per Christum Dóminum nos-  
trum.

SECUENCIA DEL ESPÍRITU SANTO

Véni, Sáncte Spiritus, et emitte cœlitus lúcis  
tuæ rádiu.

Véni, Páter páuperum, véni, dátór mún-  
erum, veni lúmen córdium.

Consolátor óptime, dúlcis hóspes ánimæ,  
dúlce refrigerium.

In labóre réquies, in æstu tempéries, in fletu  
solátium.

O lux beatíssimá, réple córdis intima tuó-  
rum fidélium.

Sine tuo númine, nihil est in hómine, níhil  
est innóxiu.

Láva quod est sórdidum, riga quod est ári-  
dum, sana quod est saúciu.

Flécte quod est rigidum, fóve quod est frí-  
gidum, rége quod est déviu.

Da tuis fidélibus, in te confidéntibus, sácrum  
septenáriu.

Da virtútis méritum, da salutis éxitum, da  
perénne gáudiu. Amen.

HIMNO A JESÚS SACRAMENTADO

Pange, lingua, gloriósi,  
Córporis mystériu,  
Sanguisque pretiósi,  
Quem in mundi prétiu,  
Fruetus ventris generósi  
Rex effúdit géntiu.

Nobis datus, nobis natus  
Ex intacta Virgine,  
Et in mundo conversátus  
Sparso verbi sémine,  
Sui moras incolátus  
Miro clausit órđine.

In suprémæ nocte cœnæ  
Recumbens cum fratribus,  
Observata lege plene  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodénæ  
Se dat suis mânibus.  
Verbum caro, panem verum  
Verbo carnem efficit:  
Fitque sanguis Christi merum,  
Et si sensus déficit:  
Ad firmandum cor sincérum  
Sola fides sufficit.  
Tantum ergo Sacraméntum  
Venerémur cœrnui:  
Et antiquum documéntum  
Novo cedat ritui:  
Præstet fides suppleméntum  
Sénsuum deféctui.  
Genitóri, Genitóque  
Laus et jubilatio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit et benedictio:  
Procedénti ab utróque  
Compar sit laudatio. Amen.

Sacris solémniis juncta sint gáudia,  
Et ex præcórdiis sonent præcónia:  
Recédant vétera, nova sint ómnia,  
Corda, voces, et ópera.  
Noctis recólitur cœna novíssima,  
Qua Christus créditur agnum, et ázyna  
Dedisse fratribus, juxta legitima  
Priscis indúlta pátribus.  
Post agnum typicum, explétis épulis,  
Corpus dominicum datum discipulis,  
Sic totum ómnibus, quod totum singulis.  
Ejus fatémur mânibus.  
Dedit fragilibus cõrporis férculum,  
Dedit tristibus sanguinis póculum,  
Dicens: Accipite quod trado vásculum,  
Omnes ex eo bibite.  
Sic sacrificium istud instituit,  
Cujus officium committi voluit  
Solis Presbyteris, quibus sic cõgruit,  
Ut sumant, et dent céteris.  
Panis Angélicus fit panis hóminum,  
Dat panis cœlicus figuris términum:  
O res mirábilis! mandúcat Dominum,  
Pauper, servus, et húmilis.  
Te, trina Déitas únaque, póscimus,  
Sic nos tu vísitá, sicut te cõlimus:

Per tuas sémitas duc nos, quod téndimus.  
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.

O salutáris Hóstia,  
Quæ cæli pandis óstium:  
Bella premunt hostilia,  
Da robur, fer auxilium.  
Uni trinóque Dómino  
Sit sempitérna glória:  
Qui vitam sine término  
Nobis donet in pátria. Amen.

Ÿ. Panem de cælo prestitisti eis  
℞. Omne delectaméntum in se habéntem.

OREMUS.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili pa-  
ssiónis tuæ memóriam reliquisti: tribue, quæ-  
sumus; ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra  
mystéria venerári; ut redemptiõnis tuæ fruc-  
tum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis.

HIMNOS AL CORAZON DE JESÚS

Quicumque certum quæritis  
Rebus levámen áspèris,

Seu culpa mordet ánxia,  
Seu pœna vos præmit comes:  
Jesu, qui ut agnus innocens  
Sese immolándum trádidit,  
Ad cor reclúsum vulnere,  
Ad mite cor accédite.

Auditis ut suavissimis  
Invitet omnes vóci-  
bus:  
Venite quos gravat lábor,  
Præmitque pondus criminum.

Quid corde Jesu mitius?  
Jesum cruci qui affixerat  
Excúsat, et Patrem rogat,  
Ne perdat ultor impios.

O Cor, volúptas cœlitum,  
Cor, fida spes mortálium,  
En hisce tracti vóci-  
bus  
Ad te venimus súpplices.

Tu nostra terge vulnèra  
Ex te fluente sânguine:  
Tu da novum cor ómnibus  
Qui te geméntes invocant. Amén.

Ÿ. Ignem veni mittere in terram.  
℞. Et quid volo nisi ut accendatur.

OREMUS.

Ille nos igne, quæsumus, Domine, Spiritus  
Sanctus inflámmet, quem Dóminus noster Je-

sus Christus è penetrálibus Cordis sui misit in  
terram et voluit veheménter accéndi. Qui te-  
cum...

Summi Paréntis Filio,  
Patri futúri sæculi,  
Pacis beátæ principi,  
Promámus ore cánticum.  
Qui vulneratus pectore  
Amoris ictum pertulit,  
Amoris urens ignibus,  
Ipsum qui amántem diligunt.  
Jesu, doloris victima,  
Quis te innocéntem compulit  
Dura ut apértum lancea  
Latus patéret vulneri?  
O fons amoris inelyte!  
O vena aquárum limpida!  
O flamma adúrens criminal!  
O cordis ardens cháritas!  
In corde, Jesu, júgiter  
Reconde nos, ut úberi  
Dono fruámur grátiaë,  
Cœlique tandem præmiis.  
Semper Parénti, et Filio  
Sit laus, honor, sit gloria,

Sancto simul Paráclito,  
In sæculorum sæcula. Amen.

ꝯ. Jesus mitis et humilis corde.  
℞. Fac cor nostrum secundum cor tuum.

OREMUS.

Fac nos, Domine Jesu, sanctissimi Cordis  
tui virtútibus indui, et affectibus inflammári;  
ut et imáginì bonitatis tuæ conformes, et tuæ  
redemptionis mereamur esse participes. Qui  
viviis et regnas... Amen.

Á MARÍA INMACULADA

Ave, maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cœli porta.  
Sumens illud Ave  
Gabriélis ore,  
Funda nos in pace  
Mutans Hevæ nomen.  
Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,



Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.  
Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.  
Virgo singularis,  
Inter omnes milis,  
Nos culpis solutos  
Mites fac et castos.  
Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum,  
Semper collætémur.  
Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spirítui sancto,  
Tribus honor unus. Amen.

---

*Pater noster*, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.

---

*Ave, Maria*, gratia plena, Dóminus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Jesus.— Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

---

*Gloria Patri*, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

---

*Credo* in Deum, Patrem omnipotentem creatorem cæli et terra, et in Jesum Christum filium ejus unicum, Dóminum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine; passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris, omnipotentis; inde venturus est judicare vivos et mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam. Amen.

---

*Salve, Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus, éxules, filii Evæ; ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eja, ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes óculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ó pia, ó dulcis, Virgo Maria.*

*Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archángelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus sanctis, et tibi, pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archángelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, pater, orare pro me ad Dóminum Deum nostrum.*

*Antes de la Comunion.*

*Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.*

BENDICION DE LA MESA.

P. Benedicite. R. Benedicite. Oculi omnium in te sperant Dómine, et tu das escam illorum in tempore oportuno: áperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.—Pater noster. Et ne nos inducas, in tentationem.—Sed libera nos à malo.

OREMUS.

P. Bénedic, Dómine, nos et hæc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*La lectora.* Jube, domne, benedicere.

P. Mensæ cœlestis participes faciat nos Rex eternæ gloriæ. Amen.

*Por la noche se dice:* Ad cœnam vitæ eternæ perducat nos Rex eternæ gloriæ. Amen.

ACCION DE GRACIAS

DESPUÉS DE LA COMIDA.

- Ÿ. Benedicamus Dómino.  
R. Deo gratias.  
Ÿ. Ágimus tibi gratias, omnipotens Deus,  
pro universis beneficiis tuis, qui vivis et regnas  
in sæcula sæculorum.  
Ÿ. Amen.  
R. Kyrie eleison.  
Ÿ. Christe eleison.  
R. Kyrie eleison. Pater noster.  
Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.  
R. Sed libera nos à malo.  
Ÿ. Sit nomen Dómini benedictum.  
R. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

OREMUS.

- Ÿ. Retribuere dignare, Dómine, omnibus  
nobis bona facientibus propter nomen tuum vi-  
tam æternam.  
R. Amen.  
Ÿ. Pro fidélibus defunctis: Pater noster.

- Ÿ. Ad laudem Virginis Mariæ: Ave Maria.  
Ÿ. Benedicamus Dómino.  
R. Deo gratias.  
Ÿ. Fidelium animæ per misericordiam Dei  
requiescant in pace.  
R. Amen.  
Ÿ. Dóminus det nobis suam pacem.  
R. Et vitam æternam. Amen.

HIMNOS AL NOMBRE DE JESUS.

Jesu, Rex admirábilis,  
Et triumphátor nobilis,  
Dulcédo ineffábilis,  
Totus desiderábilis.  
Quando cor nostrum visitas,  
Tunc lucet ei véritas,  
Mundi viléscit vánitas,  
Et intus fervet cháritas.  
Jesu, dulcédo córdium,  
Fons vivus, lumen méntium,  
Excédens omne gáudium,  
Et omne desidérium.  
Jesum omnes agnóscite,

Amorem ejus p̄scite;  
Jesum ardēter quærite,  
Quærēdo inardēscite.

Te nostra, Jesu, vox sonet,  
Nostri te mores expriment,  
Te corda nostra diligant,  
Et nunc, et in perpētuum. Amen.

~~~~~  
Jesu, decus angēlicum,
In aure dulce cānticum,
In ore mel mirificum.
In corde nectar cœlicum.

Qui te gustant, esūriunt:
Qui bibunt, adhuc sitiunt:
Desiderāre nēsciunt.

Nisi Jesum, quem diligunt.

O Jesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ!
Te quærunt piæ lærymæ,
Te clamor mentis intimæ.

Mane nobiscum, Domine,
Et nos illūstra lūmine:
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcēdine.
Jesu, flos Matris Virginis,

Amor nostræ dulcēdinis,
Tibi laus, honor nōminis,
Regnum beatitudinis. Amen.

ŷ. Sit nomen Dōmini benedictum.

ŷ. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

OREMUS.

Deus qui Unigēnitum Filium tuum constituis-
ti humani gēneris Salvatorem, et Jesum voca-
ri jussisti: concede propitius; ut ejus sanctum
Nomen veneramur in terris, ejus quoque as-
pectu perfruamur in cœlis. Per eundem
Dōminum nostrum Jesum Christum...

~~~~~  
Te Jōseph, cēlebrent āgmina Cœlitum,  
Te cuncti rēsonent Christianum chori,  
Qui clarus mēritis, junctus es inelytæ  
Casto fœdere Virgini.

Almo cum tūmidam gērmine cōnjugem  
Admirans, dūbio tangeris anxius,  
Afflātū sūperi Flāminis Angelus  
Concēptum Pūerum docet.

Tu natum Dōminum stringis, ad éxteras  
Ægypti prófugum tu séqueris plagas,

Amissum Sólymis quæris, et invenis,  
Miscens gaudia flétibus.

Post mortem réliquos mors pia consécrat,  
Palmámque eméritos glória súscipit:  
Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,  
Mira sorte beátior.

Nobis, summa Trias, parce precántibus,  
Da Jóseph méritis sidera scándere:  
Ut tandem liceat nos tibi pérpetim  
Gratum promere cánticum. Amen.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Jóseph.

Ŧ. Ut digni efficiámur promissionibus  
Christi.

OREMUS.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi quæsumus, Dómine, méritis adjuvémur, ut quod possibilitas nostra non óbtinét, ejus nobis intercessione donetur.

Deus, qui ineffabili providéntia beatum Jóseph sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsum eligere dignatus es: præsta, quæsumus; ut quem protectórem venerámur in térris, intercessórem habere mereámur in cælis. Qui vivis et regnas...

HIMNO A STA. TERESA

Regis supérni núntia  
Domum patérnam déservis,  
Terris, Terésa, bárbaris  
Christum datúra, aut sáanguinem.

Sed te manet suávior  
Mors, pœna poscit dúlcior;  
Divíni amoris cúspide  
In vulnus icta cóncides.

O charitátis victima!  
Tu corda nostra cóncrema,  
Tibíque gentes créditas  
Avérni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Filio,  
Et Spiritu Paraclito,  
Tibíque, sancta Trinitas,  
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

Antifona.

Réspice de cœlo, sancta Mâter et Patrona  
nostra Terésia, et vide, et visita vineam istam,  
et pérfice eam, quam plantávit délixtera tua.

Ÿ. Ora pro nobis, Sancta Teresia de Jesu.

Ŧ. Ut digni efficiámur promissionibus  
Christi.

OREMUS.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster; ut sicut de beatæ virginis Teresiæ sponsæ tuæ et Matris nostræ festivitate (vel commemoratione) gaudemus: ita cœlestis ejus doctrinæ pábulo nutriámur, et piæ devotionis erudiámur affectu.

Deus, qui illibáta præcórdia beatæ virginis Teresiæ, sponsæ tuæ et Matris nostræ ignito jáculo transfixisti, et charitátis victimam consecrásti: ipsa interveniente concede; ut corda nostra ardore Sancti Spiritus férveant, et te in ómnibus super ómnia diligant. Qui vivis... in unitate ejusdem...

HIMNO AL SANTO ANGEL DE LA GUARDA

Custodes hóminum psállimus Angelos,  
Naturæ frágili quos Pater áddidit  
Cœlestis comites, insidiántibus  
Ne succumberet hóstibus.

Nam quod corrúerit proditor ángelus,  
Concæssis mérito pulsus honóribus,  
Ardens invidia péllere nititur,  
Quos cœlo Deus ádvocat.

Huc Custos igitur pérvigil advola,  
Avertens pátria de tibi crédita

Tam morbos ánimi, quam requiéecere  
Quidquid non sinit incolas.

Sanctæ sit Triadi laus pia júgiter,  
Cujus perpétuo númine máchina,  
Triplex hæc régitur, cujus in omnia  
Regnat gloria sæcula. Amen.

*Antifona.*

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum, pietate superna, hac die illúmina custodi, rege et guberná. Amen.

Ÿ. Angelis suis Deus mandavit de te.  
R. Ut custodiant te in ómnibus viis tuis.

OREMUS.

Deus, qui inéffabili providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiám mittere dignáris: largire supplicibus tuis, et eorum semper protectione defendi, et atérna societate gaudére. Per Christum...

TODO POR JESÚS

Y

À SU MAYOR GLORIA

# ÍNDICE

DEL

## COMPLEMENTO DE LAS CONSTITUCIONES

|                                                                                                             | PÁGS. |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------|
| I.—De las Hermanas que viven en los Colegios ó Residencias. . . . .                                         | 1     |
| II.—De las Profesoras de los Colegios de niñas, de la Compañía. . . . .                                     | 6     |
| III.—Del decreto de expulsión de las Hermanas. . . . .                                                      | 8     |
| IV.—De no ir las Hermanas á casa de sus padres. . . . .                                                     | 9     |
| V.—De la adoración perpétua, ó <i>laus perennis</i> . . . . .                                               | 9     |
| VI.—Del modo de portarse fuera de casa con Confesores, Autoridades, niñas, etc. . . . .                     | 12    |
| VII.—De algunos avisos generales. . . . .                                                                   | 21    |
| VIII.—De lo que se ha de tener presente al fundar Colegios de la Compañía de Santa Teresa de Jesús. . . . . | 25    |
| IX.—Fórmula de votos temporales. . . . .                                                                    | 29    |
| Votos perpétuos. . . . .                                                                                    | 30    |
| X.—De las Hermanas Ayudantes de la Compañía de Santa Teresa de Jesús, de sus oficios y deberes. . . . .     | 32    |
| XI.—De las preces que rezan todos los días las Hermanas de la Compañía de Santa Teresa de Jesús. . . . .    | 38    |

PÁGS.

|                                                                                    |     |
|------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| Reglamentaria. . . . .                                                             | 50  |
| Toques de campana. . . . .                                                         | 56  |
| Sacristana. . . . .                                                                | 57  |
| Portera. . . . .                                                                   | 61  |
| Enfermera. . . . .                                                                 | 65  |
| Hermana Providencia. . . . .                                                       | 70  |
| Guardaropa. . . . .                                                                | 77  |
| Cocinera. . . . .                                                                  | 81  |
| Refitolera y Despensera. . . . .                                                   | 84  |
| Capítulo de faltas. . . . .                                                        | 86  |
| Exámen de previsión. . . . .                                                       | 89  |
| Exámen para el día de retiro, mensual ó semanal. . . . .                           | 91  |
| Puntos de exámen más frecuentes y comunes para la Confesión. . . . .               | 99  |
| Exámen general por la noche. . . . .                                               | 103 |
| Exámen para después de la meditación. . . . .                                      | 106 |
| Acto de penitencia. . . . .                                                        | 110 |
| Vigilia. . . . .                                                                   | 113 |
| Media vigilia. . . . .                                                             | 115 |
| Lectura: orden y distribución. . . . .                                             | 117 |
| Sufragios por las Hermanas difuntas. . . . .                                       | 121 |
| Modo de rezar el Santísimo Rosario. . . . .                                        | 124 |
| Modo de rezar la coronilla de desagravios y alabanzas al Corazón de Jesús. . . . . | 135 |
| Miserere. . . . .                                                                  | 141 |
| En sufragio de las almas del Purgatorio.—De profundis y otras oraciones. . . . .   | 143 |
| Magnificat. . . . .                                                                | 145 |
| Laudate Dominum, y Credidi. . . . .                                                | 146 |
| Te Deum. . . . .                                                                   | 147 |
| Veni Creator. . . . .                                                              | 149 |
| Veni Sancte Spiritus. . . . .                                                      | 151 |
| Pange lingua. . . . .                                                              | 152 |
| Sacris solemniis. . . . .                                                          | 154 |
| O salutaris hostia. . . . .                                                        | 155 |

|                                                                                    | <u>PÁGS.</u> |
|------------------------------------------------------------------------------------|--------------|
| Himnos al Corazón de Jesús. Quicumque.—                                            |              |
| Summi parentis. . . . .                                                            | 155          |
| Ave Maris stella. . . . .                                                          | 158          |
| Pater noster.—Ave.—Credo. . . . .                                                  | 159          |
| Salve Regina.—Confiteor. . . . .                                                   | 161          |
| Domine non sum dignus. . . . .                                                     | 161          |
| Bendición de la mesa. . . . .                                                      | 162          |
| Acción de gracias después de la comida. . . . .                                    | 163          |
| Himno al nombre de Jesús.—Jesu Rex ad-<br>mirabilis.—Jesu decus angélicum. . . . . | 164          |
| Te Joseph celebrent. . . . .                                                       | 166          |
| Himno á Santa Teresa.—Regis superni. . . . .                                       | 168          |
| Himno al Angel de la Guarda.—Custodes. . . . .                                     | 169          |

~~~~~


